

Sermo **xxxvi.**

22

tadum siue per amplexum tangere. sic xps illos tetigit q. d. Ita diligo
 vos infirmos sicut sanos. imo forte plus sicut pater magis solet opati
 filio infirmo q̄ sano. Tercio in figuraz sacerdotalis benedictionis. Cū
 em̄ sacerdos peccatorē sibi cōfitemē absoluit a febre peccati. ip̄o exem
 plo domini leuat manū et sup caput absoluendi imponit si est vir. Si ve
 ro est mulier manū leuat. sed p̄pter honestatē non tangit caput. sed ip̄a
 manus eleuatio d̄r impositio et per talem manus impositionē siue b̄n
 dictionē suā dat deus multā gratiā et benedictionē absoluto. Mathei.
 Sup egros manus impo. et bene habebūt. Dicit in act. q̄ apli sup ba
 ptizatos manus imponebāt et illi accipiebāt spiritū sanctū. et sup oia
 benedictus deus qui talem gr̄az dedit hominibus. Et sequit̄. q̄ a mul
 tis de his curatis exierunt demonia clamantia et dicentia xpo. Tu es
 xps filius dei. Et christus nō sinebat ea loqui. qz ip̄i sciebant. i. firmi
 credebant eū esse xpm in lege p̄missum. Sz xps nolebat p̄ demones
 manifestari nec cognosci sed per virtutē miraculoꝝ et predicationē apo
 stolorū. nō em̄ est laudabilis cōmendatio que fit a malis hoibus. Et
 cum dñs nocte illa d̄uisset facto mane egressus inde iuit in locum des
 sertum. i. ad campos vbi nulla habitatio erat et loquebat̄ ibi. cum disci
 pulis de via quā facturus erat. Et ecce p̄plus eius loci venit ad eum ro
 gans eum ne discederet ab eis. volebant em̄ p̄ beneficijs acceptis sibi
 seruire et cupiebāt predicationē eius audire. et desiderabant eū semper
 p̄ntem habere. qz credebant q̄ vbi p̄ns esset nulla aduersitas locū ha
 beret. O beata deuotio ppli qui sic desiderat christo seruire et eius pre
 sentia semp in corde habere. Dñs aut̄ respōdit eis. Ego a patre missus
 sum in mundū ad predicandū regnū dei. scz q̄ sit gloriofum deliciofum
 omnibus desiderabilibus plenū q̄ faciliter acquirat̄ et q̄ miserabiliter
 perdat̄. et ideo nō t̄m̄ vobis sed etiā alijs ciuitatibus oportet me p̄dicā
 Eatis in pace. Illis aut̄ recedentibus dñs cepit discurrere per sinago
 gas galilee predicās ibi regnum dei. Et hic est argumentū q̄ in omni
 loco vbi homines habitant et in omni gente siue bona siue mala pre
 dicandum est vt mali cōuertantur et boni meliores efficiant̄. Rogem̄
 dñm vt det nobis sic in ista. xl. ad medicinā sancte p̄nē currere q̄ possi
 mus infirmitatē peccatoꝝ relinquere et gratiam dei recipere et vsqz ad
 mortē in bonis opibus p̄seuerare. Q. d. nobis prestaē dignet̄. Amē

Utertia sexta post dñicā terciā. xl.

Uenit Jesus in ciuitatē samarie que dicitur